

Universitätsbibliothek Wuppertal

Sexti Julii Frontini, Viri Consularis, Quæ Exstant

Frontinus, Sextus Iulius

Amstelodami, 1661

Textausschnitte zum Leben des Frontinus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1185)

DE FRONTINO
JOANNES MARIA CATANÆUS,

*Commentario in Epistolas C. Plinii Cæcilii
Secundi, libro IV. Epist. VIII.*

SEXTUS JULIUS FRONTINUS, Vir Consul-
ris, Præturam Urbanam gessit, Vespasiano iterum
ac Tito Coss. ac eo ejurante Domitianus Prætu-
ram cepit. Frontinus igitur curam Britannia ac
molem sustinens, magnam quantum licebat validam & pu-
gnacem Silurum gentem armis subegit, super virtutem ho-
stium locorumque difficultatem eluctatus. Aquarum Præ-
fectus à Nerva creatus, libellum de Aquæductibus Urbem
influentibus edidit. Auguratum gessit. Secessu Terracinen-
si oblectabatur. Rei militaris peritus, Trajano libros Stra-
tegematicos dicavit. Scripsit longè plura, quæ simul cum a-
liis communi literarum jacturâ olim intercidere. Summus
Jurisconsultus Secundo interdum respondit. Martialem ac
cæteros Scriptores fovit. Moriens vetuit sibi sepulchrum
construi.

STEPHANUS VINANDUS PIGHIUS
ANNALIUM ROMANORUM
LIBRO XIX. AD ANNUM URBIS
DCCCXXI.

SEX. JULIUS :: F. :: N. FRONTINUS, Urbanam
Jurisdictionem obtinuit. Is idem, cujus extant libri Stra-
tegematum, & de Aquæductibus, Jurisprudentia & rei mi-
litaris peritia clarus. Hoc anno Præturam gessisse suspicor,
cum Kal. Januariis proximis, posteaquam ipse Senatam (ab-
erant enim novi Consules, Vespasianus & Titus) convocaf-
set, abdicavit, ut auctor est Tacitus: alioquin vix uno die
Prætorem fuisse dicendum erit, nisi forsân ante Kal. Janua-
rias novi Prætores Magistratum tunc inibant: quod nus-
quam

quam hætenus legi. Locum Taciti habes Histor. lib. IV. Interea Vespasianus iterum ac Titus Consulatum absentes inierant, mæsta ac multiplici metu suspensa civitate, &c. Addit deinde, Kal. Januar. in Senatum quem *JULIUS FRONTINVS* Prætor Urbanus vocaverat, &c.

JOHANNES FREDERICUS GRONOVIVS
ROBERTO KEUCHENIO,

Viro Eximio S. P. D.

Ieriæ sunt & publicæ privatæque scholæ dant respirare. Licet jam dare operam amicis, licet meminisse & FRONTINI tui, quando eum frivolis nostris putas juvari. Lib. I. cap. V. num. XXVI. qui deducti frequentiori mugitu speciem remanentium præberent hostium. Stevvechius conjicit, qui edito. Ego malim, qui relicti. Cap. VIII. num. IX. Scipio Africanus ad excipienda auxilia cum comæatibus, Hannibali Venticium Ternum dimisit, ipse subventurus. Fortassis: ad excipienda auxilia cum comæatibus Hannibali venientia Minucium Thermum immisit. Est enim Thermus Minucia gentis cognomen. Cap. XI. num. II. ut præsentari merces proditoribus posset. Scripsit haud dubiè auctor representari. Vide de pecunia veteri. Lib. II. cap. I. num. XI. interfectis omnibus impedimentis. Scriverius interceptis. A quo illum absterre debuit Stevvechius ad hunc locum. Adjiciemus ejus observatis pondus, ne in posterum negligantur. Impedimenta igitur non modo sunt farcinæ, sed interdum vehicula cum farcinis & jumentis; aliquando ipsa jumenta. Cæsar lib. 7. cap. 45. de bello Gallico: prima luce magnum numerum impedimentorum ex castris mulatorumque produci, èque iis stramenta derrahi, mutationesque cum cassidibus equitum specie ac simulatione, collibus circumvehi jubet. Ubi malè Ciaccornius, jumentorum. Lib. I. de bello civili: desiderati sunt eo die sagittarii circiter ducenti, equites pauci, calonum atque impedimentorum non magnus numerus. Curtius lib. IX. c. X.

Quintus